



W 1

3

STRENAM
HALLENSIBUS

intimat

&

sacrat

CHRISTIANUS GUEINZIUS

Gymnasiarcha ibidem

In ipfis

Calendis auspiciis

1

6

3

7.

Excudebat Hallis Saxonum PETRUS

FABER Typographus.

Ovid. 1. Fastor. v. 70.

Prospera lux oritur, lingvis animisque favere!
Nunc dicenda bono sunt bona verba die.
Lites vacent aures, insanaque protinus absint
Jurgia: differ opus, livida turba, tuum.
Templa patent, auresque DEX: nec lingua caducas
Concipit ulla preces: dictaque pondus habent.

Interim

Non in totum Xeniiis abstinere debemus, sed modum adjicere ut
neque morose ab iis abstineamus, neque avarè modum
Xeniorum excedamus. Scilicet ἢ τε πάντω, ἢ τε πάντοτε, ἢ τε ὅλη
πάντων: Nam valde inhumanum est à nemine accipere,
sed passim vilissimum; & omnia avarissimum, uti inquit
Ulpianus l. 6. §. 4. ff. de Off. Praecons.

Excebat Halls Saxoniæ PETRUS
FABER Typographus.

ANNO DOMINI MDCCLXXII
DIE OCTAVA JANUARI



ompleti iterum sunt dies anni prateri-
ti, & rursus recursus Calendarum Ja-
nuariarum redintegratur. Utinam!
ab iterum utinam completi forent unà
dies tribulationum, miseriarum & an-
gustiarum, ut recurrerent tempora fau-
stiora, benigniora & clementiora! Vota ita certè sunt,
utinam fata!

At Hodiernum nos monet & docet Evangelium,
completos esse ut circumcideretur Dux noster Jesus,
Puer nobis natus, filius nobis datus, nostri causa: sic &
forsan, quod speramus, ut circumcidamus aequè, non
præputium, sed vitium; non membrum, sed corpus to-
tum, non manu, sed animo; non solum die octavo, sed
perpetuo, & quocunq; temporis momento; non latenter
& in occulto, sed apparenter & in propatulo. Ut verò
sine dolore nulla fit circumcisio corporalis; sic nec spiri-
tualis peragi poterit sine angore. Effluxus sanguinis,
dissolutio continui testatur, cruciatus. Ita sanguinis
profusio, ut rivi, rubeant, & sanguinent flumina inter-
gentes, inter Christianos; dissolutio omnium ordinum
& statuum, ut labatur Respublica omnis, omne Impe-
rium

nam ruat hoc nostro seculo, hoc nostro tempore & isto momento, undiq; & ubiq; loquuntur circumcisionis nostrae violentiam. Etenim siue recogitatu revolvamus praeteriti temporis ingentia damna, & detrimenta, quibus desolata infinita oppida, decinerati pagi innumeri, devastatae urbes immensa; siue futuri seculi imminencia pericula & terriculamenta, qua videmus, qua sentimus, qua flemus, circumcisionis dolores arguunt vehementer, angores evincunt luculenter.

Meritò autem circumciduntur & exciuntur talia, quia non tantum superflua, sed & noxia. Lasciuit certè caro & damnat: Ergo amputanda. Furit mundus & precipitat in exitium: Ergo coercendus. Satanas tumultuatur & insectatur: Ergo refrenandus & domandus. Non verò citius & feliciter ista fiunt, quam si purpurâ sanguinis Christi, & nostri cordis fissurâ & scissurâ peragantur.

Ergo quum tot adhaereant nobis crimina, tot inhaereant scelerâ, circumcidendi omnes sumus istis, quas sentimus, vulsellis, & quos experimur, cultellis. Estimete quæso, Lectores, tantum nostri seculi in angustiis istis injustitiam, propter quam transferuntur regna! Cogitate hominum omnium luxuriam sub tanta penuria, propter quam evertuntur imperia! Considerate omnium ordinum in tanta protervia superbiam, propter quam de cælo precipitantur angeli! Et nondum

mira-

miramini circumcisionis aciem? Nondum experimini
acrimoniam? Cadamus, cadamus, circumcidamus
& occidamus hanc nequitiam & malitiam! Et vel
tandem etiam nobis salutare erit salutis principium,
gratosum & gloriosum nomen J E S U, nostra anima
delicium.

Certè Christus circumcissus docuit nos obedienti-
am, quâ sese submisit legis decreto: Et nos vel levissi-
ma, etiam in sacris familiaria divinis subterfugiemus?
Humilitatem probavit, & nos superbiemus? Patien-
tiam monstravit, & nos ne quidem dictum gravius
tolerabimus? Dilectionem ostendit, & nos quos non
odio prosequimur? quos non occidimus verbo, ferro?

Verùm ut fiat hoc omne eò gratius, ut accidat eò
certius, præterea Strenam Strenuis, quales vos,

V I R I

M A G N I F I C I & M A G N I,

omnium ordinum Excellentissimi, vovemus & debe-
mus in tantis turbis, in tantis miseriis & angustiis

P R U D E N T I A M.

Quam, quod & habeatis; & quod eam perpetuam vobis
esse velit DEUS misericordissimus officium nostrum,
mancipat, & votum nostrum destinat. Certè per hanc
omnia possidetis, uti Satyricus inquit:

Nullum Numen abest si sit prudentia!

Quippe qua & præteritorum recordatur, & præsentia

A 3

mode-

moderatur, & futura arbitratur: Quaeq; facit ut ubiq;
unusquisq; idem sit; non ut se mutet, sed ut se aptet: sic
ut manus, quae eadem est quum in palmam extenditur,
& quum in pugnum adstringitur.

Prudentes ergo ut porro sitis, praesentia ordinate
futura praevideate, & praeterita recordamini! Qui
enim non de praeteritis cogitat, vitam perdit; qui nil
de futuris praemeditatur, in omnia incautus incidit, in-
quit Seneca de quatuor Virtutibus. Deniq; haec sola
est quae Janum hujus mensis Dominum bifrontem fe-
cit, Deum gentibus confirmavit. Et utinam, iterum
utinam, quod habet Bernhardus in solemnitatibus
Petri & Pauli Serm. 2. Omnes saperent & intellige-
rent, ac novissima praeviderent. In quibus utiq; ver-
bis tria nobis video commendari, sapientiam, intelli-
gentiam, providentiam. Arbitror sane tribus ea
assignari posse temporibus, ut aeternitati quaedam ima-
go reformari videatur in nobis, praesentia moderanti-
bus per sapientiam, praeterita dijudicantibus per in-
telligentiam, novissima providentibus ad cautelam.
Haec nempe spiritualis est exercitii summa, haec studii
spiritualis forma, ut sapienter disponamus praesentia
nostra: recogitemus in amaritudine animae nostrae pra-
eterita: sollicitè quoq; provideamus futura. Et beati,
qui futura sapiunt, praedesiderio caelestium, interno quo-
dam sapore mentis, praesentia respuentes. Beati, qui no-
visi-

*visima provident in mansuetudine suscipientes insitū
 verbum, quod eorum salvare animas potest, & pietate
 cordis ad futuram tendunt hereditatem. Beati, qui pri-
 stinum intelligentes errorem, crebris lavant lachrymis
 lectum suum. Utinam hæc in nobis inveniantur, Lecto-
 res, ut suaviter omnia nostra per sapientiã disponamus:
 ut intellectu præterita peccata damnemus: ut futura
 consiliis provideamus. Utinam sapiamus ad præsentis
 viæ moderationem! Utinam intelligamus ad præte-
 ritæ correptionem! Utinam devotâ in Deum fide
 provideamus, ut felicē, ipso moderante, habeamus
 consummationem! Ne verò immunes simus & sine
 apophoretis, quamvis ipsi egeni & miseri, repetent singu-
 la voti nostri interpretes & addent Strenas.*

*Vos quibus processibus desideratis tempora futura perpetuare, in imitia-
 re favoribus Musas, honoribus Deum, amoribus Juventutem. Nos, quod fides
 nostra pollicetur, quod Officium nostrum stipulatur omnia cælestibus delega-
 mus virtutibus, ut circumcidantur omnia mala, post completa tot lustra,
 quò tandem habeamus felicitatis utriusq; ut indicia, ita beneficia ex nomine*

J. E. S. U! Ob id P. P.

Declamatores sunt

In soluta

CHRISTIANUS Kteseling/ Bebrâ-Thuringus.

CHRISTOPHORUS-ANDREAS Wetzsch/ Halli-Saxo.

In ligata

JACOBUS Raspe/ Ebnothenfis-Palatinus.

CHRISTOPHORUS Wetzsch/ Halli-Saxo.

JOHANN-GEORGIUS Wetzsch/ Halli-Saxo.

De

De Declamatorum Exercitiis.

I.

Annus abit, redit annus: & hinc munuscula dantur
Pro solito Strenae more modoque loco.

Dant alii gemmas: Janum KISLINGIUS offert
Qui videt ante pedes, qui suae terga videt.

Non Tibi corde silex KISLINGI: quippe futurum
Præteritum, præsens, tempus & omne, vides.

Esse cupis talis Janus? præsentia cura,
Præteritum repusa mente, futura vide.

Hæc sibi quisquis habet KISLINGI, Xenia magna
Ipsus habet Strenae, numina cuncta, loco.

2.

Annus ubi vetus ire solet, novus ire, redire,
Ante retroque dies quisque notare solet.

Hoc monet & Janus caelestis janitor aulae,
Qui videt Eos, Hesperiasque plagas.

MERKIIUS ista notat, Janum donatque bifrontem,
Ista nota MERKII Na bona Strenae tibi.

3.

Omnia respiciamus finem quem terminat annus,
Ut Strenam quibus possit habere suam.

His offert aurum, laurum fert alter, & alter
Herbam cum voto, quo pote quisque, suo.

Quae tu rursus RASPI? sub triplice store
Das Strenam statibus, sit tibi tripla, tribus.

4.

Ut jam summa dies fastorum desinit annum,
Punctaque principii jam nova Janus adit.

More pio quibus tunc ardet amicus amicum,
Carminis & Strenae participare sua.

BOHSIUS id facit, illa boni Patris amula proles,
Et statibus Strenam fertque, sacratque, suam.

Est Granadilla sacris sacra: slos primoribus orbis
Regis: Centauri munera cuique, Patri.

Quam tibi vis BOHSI Strenam? sint singula | triplam
Pro trino, BOHSI, præstat habere statu.

5.

Querunt Eo dibus auctoribus acti
Orbe Magi Regem sedulitate novum.

WVEISIUS id monstrat prudenter carmine docto.
WVEISI, perge! Magus verus & esse potes.

Ita censes

Gucinzius

Cl 1926

ULB Halle 3
001 556 118



Stk. 6 = Handschrift

Sb.

Paul Friedrich
Buchbindereimeritor
Merseburg a. S.

1017





